

Charta Emphyteusis facta a Widone Episcopo Pisano.
Anno 1006.

IN nomine Domini nostri Iesu Christi Dei eterni, Anno ab Incarnationis ejus Millesto mo Septimo, Pridie Nonas Augusti, Inditio Quarta. Manifesti sumus nos Johannes, & Dominico Clerico, seo Bonito, germani, filii bona memoria Macirneri, quia tu Vuido, gratia Dei ujas Sancte Pisanæ Ecclesiæ umilis Episcopus per cartula livellario nomine ad censum perevolendum dedisti nobis id est sextam portionem ex integra de omnibus Casis & rebus illis pertinentibus Ecclesiæ Plebis vestræ, cui vocabulum est beati Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod est Plebem Baptismalis, sita loco & finibus Porto. Quem Plebem ipsa esse videatur de sup regimine & potestate supra scriptæ Ecclesiæ Episcopatus vestro Sanctæ Mariae, de casis & cassinis, seo casalini, adque rebus tam dominicatis quam & massariciis verò ipsi a predicta Ecclesia Plebis vestræ Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod est Plebem Baptismalis sunt pertinentibus, cum fundamentis, & omnem edificis, vel universis fabricis suarum, seo de curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, castanetis, quergetis, silvis, virgareis, pratis, pa scuis, cultis rebus vel incultis, de omnia & ex omnibus casis & cassinis seo casalini, adque rebus tam dominicatis quam & massariciis, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad supra scripta Ecclesia Plebis vestræ Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod est Plebem Baptismalis sunt pertinentibus, vel aspicientibus, ut dictum est, sextam portionem exinde in integrum, cum inferioribus & superioribus suarum, seo cum accessionibus & ingressoribus eorum, nobis eas livellario nomine dedisti. Item & livellario nomine dedisti nobis id est sextam portionem ex integra de omnem redditum & debitionem seu decimationem illam, quantas singulis omnibus, qui suntabitantibus in Villis illis, quæ dicitur Bottito, Naria, Platitiano, Mariliano, Selivano, Oliveto, Carbonaria, Casale, Meriuli, Ariana, Limone, Casagavenu li, Gumbalio, Porciliiano, quæ sunt pertinentibus supra scriptæ Ecclesiæ Plebis vestræ Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod est Plebem Baptismalis, adque in antea in ipsis Villis abitantes fuerint confuetudi vel debiti fuerint ad reddendum tam labore quam & vi num, simulque bestiis, aut de qualibet frugibus terra vel de qualibet morivila de jam dicto redditum & debitionem, seu decimationem, quantas singulis omnibus, qui suntabitantibus in praedictis Villis, adque in antea ibidem abitantes fuerint, & a pars ipsius Ecclesiæ Plebis vestræ singulis quibusque annis confuetudi vel debiti fuerint ad reddendum aut alibiabitantibus singulis quibusque annis ad pars ipsius Ecclesiæ Plebis vestræ confuetudi vel debiti fuerint ad reddendum, & quandam Johannis Presbitero si-

Alio bona memoria Petri Grulla ad manus suas abiit & detinuit, ut dictum est, sextam portionem ex integrum nobis eas livellario nomine dedisti. Tali ordinem, ut da admodum in mea, qui supra Johannes & Dominico Clerico, seo Bonito, germani, vel de nostris ereditibus sint potestatem eas abendi, tenendi, imperandi, gubernandi, laborare faciendi, meliorandi, & nobis eas privato nomine usufruendi & licentiam & potestatem abeamus nos, qui supra Johannes & Dominico Clerico seo Bonito germani & nostris ereditibus vel nostris omnibus in praefata Ecclesia Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod est Plebem Baptismalis, intrandi, & ipsum redditum & decimationem seo debitionem regredite recolligendi rerum vel censum, quibus exinde annue Dominus dederit; & teneamus & faciamus ex frugibus earum quicquid voluerimus, absque omni calunnia nobis privatum frumentum, & in ipsa Ecclesia Sancti Andreae & Sancti Johanni, quod est Plebem Baptismalis per nostra dispositionem officium Deo & luminalia adque incensum & Missas fieri debeamus, & exinde tibi, vel ad posterisque subcessoribus tuis ad pars supra scriptæ Ecclesiæ Episcopatus vestro Sanctæ Mariae per singulos annos per omnes Mense Genuario censem vobis reddere debeamus ic Pisa ad Curte vestra illa dominata ad Ecclesiam Sancti Georgi vobis vel ad ministeriale illum, quas pro tempore ibidem fuerint, aut ad Missu vestro per nos aut per Missu nostro argentum Denarios boni expendibilis numero virginis & quadruor tantum. Et si a nos vobis ec omnia, qualiter superius legitur, per singulos annos taliter non adimplerimus & non conservaverimus, aut si eas omnia, quæ superius legitur, quas nobis livellario nomine dedisti, relaxaverimus, vel si per nos pejorata fuerit, spondimus nos, qui supra Johannes & Dominico Clerico, seo Bonito germani, una cum nostris ereditibus, componere tibi, qui supra Vuido Episcopus, vel ad postorisque subcessoribus tuis, penam argentum Solidos centum virginis, quia taliter inter nos convenit, & duas inter nos libelli Leo Notarium Domini Imperatoris scribere rogavimus.

Actum Pisa.

Signum ♫ manus supra scripti Johannis & Dominici germani, qui unc libellum fieri rogaverunt.

♫ Ego Petrus rogatus testis subscripti.

♫ Ego Vuido Notarius Domini Imperatoris rogatus testis subscripti.

♫ Ego Ursu Notarius Domini Imperatoris rogatus testis subscripti.

♫ Ego Johannes Judex Domini Imperatoris subscripti.

♫ Ego Leo Notarius Domini Imperatoris post traditam complevi & dedi.